

ERASMVS ROTERODAMVS CAN-
DIDIS LECTORIBVS S. D.

LPSA recomperio uerum esse, quod olim
Græcorum prouerbio dictū est, οὐνοί ἀκα-
ρος διαδέμ ξεχθας διαφέρει. Video passim exo-
riri, mei nominis & q̄ ipse uelim studiosio-
res, qui libros mihi asserūt, quos aut nō scripsi, aut cer-
te nō in hoc scripsi, ut æderentur. Vetus hic mos studi-
osorum hominum, ut om̄es animi affectus, chartis seu
fidis, ut ait Flaccus, sodalib⁹ cōmittant. Neq; protinus
euulgari uelimus, quicquid cū amiculo congerrone uel
stomachamur, uel nugamur. Aē diderunt epigrāmata,
a me quidem scripta(nō infīcior) sed nō in hoc scripta.
Ea (sicuti conīcio) famulus suffuratus typographis uē-
didit. Alius quispiā ex pauculis paginis, ijsq; deprava-
tissime scriptis, uelut ex opere ædito, dictu mirum, quā
multa citet & inculcat de ratione conscribendarum epi-
stolarū. Et ut de cæteris minutioribus sileā, nuper hūc
τερπίσυνται libellum, mihi ueluti postliminio vindica-
runt, primitus nullius æditum titulo. Quarebat Ioan-
nes Coletus, Theologus inter Anglos eximius, nouæ
scholæ suæ nouū de cōstructiōe libellū, qui simul & cō-
pendio pueris cōmēdaret & perspicuitate. Eum huius
iussu, scripserat Gulielm⁹ Lilius, uir utriusq; literaturæ
haud uulgariter perit⁹, & mirus recte instituēdæ pubis
a ij artifex

artifex. Absolutum ab illo mihi tradidit, imo obtrusit
emendandum. Quid em facere, cum uir ille rogandi si-
nem non faceret, tam amicus, ut nefas esse ducerem,
quicquam negare precanti, tantae uero autoritatis sic de-
me meritus, ut suo iure quiduis etiam imperare posset
Erasmo? Quoniam autem sic emendaram, ut pleraque
mutarim. Nam id mihi uidebam esse facilius, nec Lili-
us, ut est nimia quadam modestia praeditus, passus est
librum suo vulgari nomine, nec ego iudicaui mei can-
doris esse, usurpare mihi, in quo quicquam esset alienum.
Proinde magnopere sum interminatus, cuiusvis titu-
lum asscriberet, modo ne meum. Itaque recusante utroque,
libellus ανώνυμος prodijt, Coleti duntaxat praefaciuncula
commendatus. Quem quidem libellum in praesen-
tia, nec laudaturus sum, ne cui uidear arrogantior, nec
uituperatus, ne parum candidus habear. Verum haec
praefari uisum est, ne posthac quisquam ut meum ample-
ctatur, quod ipse praefaciuncta mihi non affero. Plus
satis erratorum & in ijs quae publicantur a nobis
ut nemo aliis edat, quae uel non scripsimus,
uel non emendauiimus. Bene uale
lector amice.

BASILEAE III. CALENDAS
AVGVSTI.

M.

D.

XV